



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

8. Sublatâ exemptione, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea
participabant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Apost. in verb. impulsiva. Vincent. Carocius sing. 561. Cognoscitur autem causa finalis privilegii ex illius proemio sive praefatione, quae proinde est diligenter perscrutanda. l. 1. ff. de orig. jur. ubi DD. l. fin. ff. de hered. inst. Barth. l. cum his ff. de transact. Anton. de Prati tract. de iurisd. Episcopi cap. 4. n. 1.

Illud autem hoc in tractatu non est omitendum, cum cessante causa privilegii, cessat privilegium, quod requiritur sententia rescissoria seu declaratoria. Bald. cap. de ceti in add. Jo. Andr. Et ibi expresse Franc. de Reg. juris in 6. Et in cap. cum secundum de haereticis in 6. Tirac. tract. cessante causa par. 1. n. 220. Et in rep. l. si unquam in verb. reversionur n. 398. C. de Revoc. donat. qua de re etiam infra eodem libro q. 31.

QVÆSTIO VIII.

Sublata Exemptione aliquorum, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea participabant.

Questionis hujus decisio pendet ex eis, quae superius in eadem materia attulimus lib. 1. quest. 17. num. 18. ad quae lectorem ne superfluitate nimia sumus oneri, remittimus.

QVÆSTIO IX.

An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, Non obstan. Privilegiis, Exemptionibus, &c.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Generalis derogatio Exemptionum non comprehendit scriptas in corpore iuris.</p> <p>2. Princeps non praesumitur uno verbo tollere iura tot vigiliis promulgata.</p> <p>3. Cautela est, ut privilegia inserantur libris statutorum.</p> <p>4. Exemptio quam Princeps probabiliter ignorat, non tollitur contraria dispositione.</p> | <p>5. Exemptiones tolluntur speciali derogatione.</p> <p>6. 8. Quid si contineant clausulam derogatoriam derogatoria.</p> <p>7. Vis clausulae quorum tenores habentur pro expressis.</p> <p>9. Ad derogationem sufficit si constet de mente Principis.</p> <p>10. Privilegium pluries confirmatum difficilius tollitur.</p> |
|---|---|

DE vi & energia hujus clausulae varii varia scripserunt, ut passim ex Doctorum scriptis fit manifestum. Felm. cap. accedentes num. 4. de praescript. Guido tract.